

BREVIARIUM
CISTERCIENSE,
A U T H O R I T A T E
R E V E R E N D I S S I M I D D :
A B B A T I S C I S T E R C I E N S I S
G E N E R A L I S
E D I T U M.
P A R S H Y E M A L I S.



P A R I S I I S.

Sumptibus MICHAELIS - ANTONII DAVID,
Ordinis Cisterciensis Mono - Bibliopolz , via
San-Jacobæ , ad insigne Calami aurei.

M. D C C. L I I.

Hymn. Iste Confessor. 139.
Deinde dicitur primum Nocturnum Feria cum Antiph. sciatibus.

V. Ecce sacerdos magnus.
R. Qui in diebus suis placuit Deo, & inventus est justus.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Titum.

Lectio i. Cap. 1.

O Portet Episcopum sine criminie esse, sicut Dei dispensatorem: non superbura, non iracundum, non vinoletum, non percussorem, non turpis luci cupidum; sed hospitalem, benignum, sobrium, justum, sanctum, contingen-tem, amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidem fermonem: ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere.

V. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo: * Ideo jurejurando fecit illum Dominus crescere in piebem suam. V. Benedictio-nem orarium gentium dedit illi, & testamentum suum confirmavit super caput ejus. * Ideo.

Lectio ii.

E Ligius in pago Lemovi-censi natus, a pils paren-tibus ad pietatem apprimè iustitutus, adolescens auratio-fabro traditur in disciplinam. Vigiliis, & jejunii, cilicio-que corpus castigans, lectio-ni, & orationi frequenter incumbens, & super omnia charitatem habens erga Deum, beneficem erga pauperes, benignitatem & humilitatem erga omnes, miros in sancti-tate progressus fecit.

V. Juravit Dominus, & non poenitebit euna: Tu es sacer-dos in eternum, * Secundum ordinem Melchisedech. V. Di-

xit Dominus Dominu meo: Sede à dextris meis. * Secun-dum.

Lectio iii.

M Iraculorum magnitudi-ne, & vite sanctimoniali clarus, defuncto Achario, in Praesulem Noviodunensis Ecclesie, adhuc laicus, postula-tus & assumptus est. Quo munere, vigilantissime com-missum sibi gregem pavit, Ethnicos in Flandorum par-tibus convertit ad fidem Christi amplectendam, Haeretico-tum perfidiam, unà cum sancto Audoeno, Rothomagensi Episcopo, fortiter oppugna-vit. Demum annum agens supra septuagesimum, Novioduni animam Deo reddidit, ibique sepultus est.

R. Potui adjutorium super potentem, & exaltavi electrum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei. V. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. * Ma-nus. Gloria. * Manus.

Post iii. Responsor. dicitur secundum Nocturnum Feria.

Deinde Capitulum. Non est inventus. xxxvij. V. Elegie cum. xxxvii.

Kyrie eleison.

Pater noster.

Oratio. Exaudi. xxxvij.

Ad Laudes & Horas, ut in Communione. In Laudibus sic commem. de Feria. Post Novam mili-bit sit de sancto Eligio; quod etiam obseruator in omnibus festis iij. Lettionum.

DIE III. DECEMBERIS.

In festo S. G A L G A N T I Confessoris.

iij. Iob. & M.

Capitulum & reliqua de Communi Confess. non Pontif. xliij.

Oratio. Adesto, Domine. xlviij.

Et si commemor. Feria in Vef-potis & Laudibus.

De libro Ecclesiastici.

Lectio i. Cap. 32. & 33.

Qui credit Deo, attendit mandatis: & qui confidit in illo, non mino- rabitur. Timenti Dominum non occurrunt mala, sed in tentatione Deus illum conser- vabit, & liberabit a malis. Sapiens non odit mandata & iusticias, & non illidetur quasi in procella navis. Homo sen- fatus credit legi Dei, & lex illi fidelis.

P. Euge, serve bone. xliv.

Lectio ii.

Galaganus ex sterilibus pa- rentibus in castro agri Senensis, Eugenio tertio Pon- tifice maximo, & Imperatore Friderico primo, natus, à Mi- chaële Archangelo, in fom- nis bis monitus est, ut Christi militiam profiteretur. Et ubi in montem Sepium venisset, ab eodem iterum accepit mo- nita salutis. Sed dissuadente matre vidua & propinquis, matrimonium inire delibera- vit: equitanque per supra- dictum montem ad videndam sponsam, substitit equus, & licet calcaribus premeretur, ulterius tamen nequaquam progressus est.

P. Justus germinabit. xliv.

Lectio iii.

Hoc mutatus miraculo Galaganus, sponsam ad virginitatem servandam in- duxit, & ipse vitam religio- sam sub Cisterci legibus pro- fitendo, variis temptationibus probatus, ad tantam perfec- tionem ascendit, ut absentia- que ac praesentia videret, futura praesciret, dæmones ab energumenis ejiceret, ægrotis sanitatem restitueret, pa- riem venenatum comedeteret, nullo inde incommodo con- tracto. Denique cum sanctissime vitam in eremo consum- masset, iis verbis ad felicit-

tem perennem appellatus, Satis est quod laborasti, me- tes nunc quod seminasti: migravit ad Dominum, & sanctorum numero adscriptus est.

P. Iste cognovit. xliv.

Poſt ij. Nocturnum de Feris, Capitulum. Justum deduxit.

V. Lex Del eius. xlviij.

Oratio. Adesto, Domine. xlviij.

Catera de Communi.

DIE IV. DECEMBERIS.

Sanctæ BARBARÆ Virginis & martyris, commemoror.

A. Veni, sponsa.

V. Diffusa est. liv.

Oratio. Deus, qui inter ca- tera. lvij.

DIE VI. DECEMBERIS.

In feſto S. NICOLAI Episcopi & Confessoris.

M. min.

Omnia dicuntur de Communi Confessoris Pontifici. ii. xxxij. ex- ceptis his quæ hic sunt propria.

Oratio. Deus, qui beatum. infra. Deinde commemoror. de Fe- ria.

-IN I. NOCTURNO.

Lectio de Epif. ad Timotheum. Fidelis sermo. xxxij.

IN II. NOCTURNO.

Lectio v.

Nicolaum, illustri loco Patarae in Lycia natum, parentes à Deo precibus impetrarunt. Cujus viri sanctitas, quanta futura esset, jam ab incunabulis apparuit. Nam infans, cum reliquas dies lac nutricis frequens fu- geret, quartâ & sextâ feria semel dumtaxat, idque ves- peri, sugebat; quam jejunum consuetudinem in reliqua vita semper tenuit. Adolescens pa- rentibus orbatus, facultates suas pauperibus distribuit.

P. Posui. xxxiv.

Lectio vi.

Cum verò se totum Deo dedisset, in Palestinam